



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 2. Octo Præsules ab eodem Papa Cardinalium Albo inscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæculi XVI. ac Philippi II. precibus annuere fata-
A.C. 1587. gebat, Alanum ad acceptandam hanc
 dignitatem compellebat, simulque
 juxta Hispaniæ Regis voluntatem suam
 in Anglia Legatum declarabat, quo
 honore antea Reginaldus Polus Car-
 dinalis regnante Maria præfulgebat:
 insuper idem Alanus a Rege Ca-
 tholico prædivitem Abbatiam, ut
 suæ dignitati congruos redditus habe-
 ret, in Calabria obtinuit, pariter ad Me-
 diolanensem Archiepiscopatum nomi-
 natus, cujus tamen possessionem nun-
 quam adire poterat, eo quod e Romana
 Urbe secedere a summo Pontifice pro-
 hiberetur, cum ejus opera in publicis
 Purpuratorum congressibus oppido ne-
 cessaria esset: denique summus Ponti-
 fex Alano ad purpuram evecto Hispani-
 æ Regi significabat, quod expeditionis
 bellicæ consilio jamjam manifestato
 copias suas navibus imponere, ac brevi
 excursionem parare festinaret, ne Ca-
 tholici in Anglia gravioribus adhuc
 malis, ac vexationibus premerentur.

§. II.

Octo Præsules ab eodem Papa Car-
dinalium albo inscripti.
 Ciac. p. 176.

Idem summus Pontifex feria sexta circa
 dominici Adventus festa intra qua-
 tuor temporum hebdomadam die de-
 cima

cima octava Decembris octo Præfules sacro Collegio affociabat, ex quibus sex Presbyteri, ac duo Diaconi nominabantur, porro illorum primus erat Scipio Gonzaga Mantuanus Patriarcha Jerosolymitanus, qui primo fuit Cardinalis titulo recens per Sixtum V. erecto sanctæ Mariæ de populo. II. Antonius Maria Saulius Genuensis, ibidemque Archiepiscopus, Cardinalis Presbyter tit. sancti Vitalis, postea Ostiensis Episcopus, ac demum sacri Collegii Decanus. III. Joannes Evangelista Palotta natione Italus ex Marchia Anconitana in Camertiensi Diœcesi natus, Cosentinus Archiepiscopus, ac Cardinalis tit. sancti Matthæi, & dein sancti Laurentii in Lucina, demum vero Portuensis Episcopus. IV. Petrus Gondius origine Italus, natus tamen Lugduni anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo secundo, Lingonensis, & postea Parisiensis Episcopus, Ordinis sancti Spiritus Eques, & Presbyter Cardinalis tit. sancti Silvestri. V. Stephanus Bonuccius Aretinus in Etruria Ordinis Servorum Religiosus, Alatrensis, & postea Aretinus Præsul, Cardinalis tit. sanctorum Petri, & Marcellini. VI. Joannes de Mendoza Hispanus, Presbyter Cardinalis sanctæ Mariæ Trans Tyberim, rerum Hispanicarum

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

Hh 5 rum

Sæcul. XVI.
A.C. 1587. rum Procurator. VII. Hugo de Lou-
bens Verdalenſis Gallus ex Auxitana
Diœceſi, ſupremus Ordinis Melitenſis
Magiſter, Cardinalis Diaconus tituli
ſanctæ Mariæ in Porticu. VIII. Deni-
que Fridericus Borromæus, Julii Cæ-
ſaris Borromæi, & Margaritæ Trivul-
tiæ Filius, Mediolanenſis Archiepiſco-
pus, Cardinalis Diaconus tit. ſancto-
rum Cosmæ, & Damiani, quo tamen
dimiſſo titulum ſancti Nicolai in car-
cere adoptabat, ac poſtea Cardinalis
Presbyter titulo ſanctæ Mariæ ab An-
gelis nominabatur.

§. III.

*Varie Sixti V. Pontificis Conſti-
tutiones.*

Bull. tom. 2.
pag. 619.

Hoc item anno Sixtus Pontifex circa
varia Eccleſiæ negotia plures ede-
bat Conſtitutiones, & quidem primam
die quinta Januarii Anno Salutis noſtræ
milleſimo quingentefimo octogefimo
ſeptimo promulgabat, qua aucta fuere
privilegia Congregationis *ſub invoc-
tione Annuntiationis Beatæ Mariæ Virgi-
nis, alias in Urbe pro Scholaribus inſiſten-
tibus ſtudiis Collegii Societatis Jeſu inſti-
tutæ.*

Per hanc ipſam Conſtitutionem
Pontifex præfata privilegia exten-
debat ad quoscunq; alios etiam
non